

Nicolai Svsii E Societate Iesv Opvcvla Litteraria

Suys, Nicolas

Antverpiae, 1620

XX. Absentem quærit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69342](#)

Horrendum, infandū, immane, insuperabile mōstrū,
 Tartareum pedibus contere Leuiathan.
 Et piceo cogas Ditis se mergere cœno,
 Ne premat innocuum bellua dira latus.
 In gremium, inqu sinum merget se præpete pennā,
 Miluorum insidias ægratimens anima.
 Hic castra, hic acies certa, hic victoria regnat:
 Magnanimum cœlis, io triumphe! canam.
 Illæso quisquis Mariæ deuinctus amore est,
 Occupet intrepidus sidera; tuta via est.

ELEGIA XX.

Absentem quærit.

Nymphæ abijt secumque meos abduxit amores:
 Atque vna Charites, vna abidere ioci,
 Et lepor, & veneris vernacula turba pudicæ,
 Risus, & Hybleis gaudia cincta rosis.
 Meferrugineus dolor obsidet, & mihi lente
 Ilia mœroris tetra rubigo comedet.
 Larua mera, & sceletus, Pharijs aptissima mensis
 Ossa errant tenui circumamicta cute.
 Non macie morbus, non febris frigore vincat,
 Morsque magis vegeto picta colore rubet.
 Nixque manus ipsa est, nix est ipsissima vultus;
 Cuncta hiemant tristi torrida membra gelu.
 Non ita dum canis errat Capricornus in agris:
 Ambulat & gelidæ marmora Ianus aquæ.
 Pigra negant glebas perfringere plaustra Bootæ,
 Atque suam metuunt sidera mœsta famem.

Hispidæ

Hispida quā mihi mens glacie riget, & negat horrida
Alterius flammis igne calere nouo.
Si totum patrijs pondus profuderis in me
Nata tibi patrijs tela, Cupido, fotis,
Atque faces tedas quod omnes; Paphos atque Cythera
Calua stet, attonsis Idalium quod comis.
Et glacies, & marmor ero, ferrum quod, chalybs quod,
Frigidior brumâ, torpidior quod hieme.
Mulciber ignitis iritet folibus Aetnam,
Et cogat flammæ iaculare suas,
Trinacriam superet, terras pelagus quod pererret,
Igne suo calos terreat, igne deos.
Lassus & Enceladus latus hinc, latus inde volutet,
Intimique, & mentis viscera concutiat.
Me totum iratæ quamuis immerseris Aetnæ,
Frigus ero Arctoum, Sarmaticum quod gelu.
Non rogus Oetaus congestis vndique siluis,
Herculeo maior feruidior quod rogo,
Vel tenuem nostris scintillam accendere fibris,
Vel summam potis est stringere ab igne cutem.
Dum meus ignis abest, frustra tua dona Prometheus,
Quæque ferunt miris furtâ luisse modis.
Heu ubi Nympha lates? quæ cæcæ cubilia celant,
Teguod modo eripiunt, ô mea vita, mihi?
Dic ubi Nympha lates? contemnâ Gorgonis angues,
Flammantes quod tuos, si quâ Chimæra, globos.
Hesperidum quod draco virus si colligat omne,
Inque meam exoneret liuida colla necem.
Ibo tamen, Nymphaque petam. Funesta satelles
Non mouet Aeæta, viuaque flamma bouis.

Sue

Sus Erymanthais erret seuissima siluis,

Et Nemea rabies deserat astraleo.

Quæq; cedro replent medicatos nomina libros,

Persephones fastis nomina digna legi.

Tergeminus Geryon, viuax Antæus, & ipsa

Marcida de Stygiis fœda tyrannis aquis,

Occurrant frustra, frustraq; repagula figant:

Ibo per insanum sanguinis Oceanum.

Pro rbi Nympha lates? si quid male prouida dixit

Lingua tibi, linguam funditus eruato.

Si patrare oculi crimen potuere procaces,

Cum neruis oculos exime, cum cerebro.

Si manus est meditata nefas, si dextera nequam.

Oblita est leges, & tua scita, pudor;

In Phlegethontais candescat lamina flammis,

Quando suos æstus horret & ipse Phlegon.

Illa cutem exurat, carnem populetur & ossa,

Atque truci feruens igne medulla fluat.

Suppliciis ne pone modum: grassetur in imis

Flamma fibris, Stygio ferueat igne ietur.

Te modò conspiciam, & roseos contempler ocellos,

Flamma mihi placidi roris adinstar erit.

Tu mea dispensas fatalia stamina, Virgo,

Et mea ducuntur pollice fila tuo.

Supplicijs ne pone modum, vitaq; necisq;

Arbitra, te penes est funeris vrna mei.

Nympha redi: aut mea te quæret per resqua, per astræ

Mens animi, corpus vile cadauer erit.

E L E -